



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll. Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher. Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations. Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

ℒ.3

Dulwich

Visus franci plegii ibidem tentus decimo tertio die Aprilis Anno Regni domine nostre Regine Elizabethae dei gracia Anglie Frauncie et Hibernie Regine fidei defensoris &c. tricesimo secundo . /

Essonia

Elizeus Parry	Xpoferus Heath	Benedictus Smythe
Nicholaus Frind	Johannes Casingherst	Johannes Hamond
Maria Wright	Willelmus Bone	Henricus Shott
Helena Wright	Thomas Hamond	Robertus Bager Junior
Robertus Badger	Willelmus Hamond	Thomas Gyles
Henricus Bone	Willelmus Rooke	Edmundus Hunter
Johannes Mason	Xpoferus Casingherst	

cem  
xij pro domina  
Regina

Johannes Bone	Jurati	Simon Payne	Jurati
Walterus Bone		Johannes Shott	
Johannes Hall		Thomas Shott	
Johannes Staple		Robertus Nelson	
Salomon Seriant		Willelmus Dalton	
Johannes Heath		Henricus Mathew	
		Lawrentius Otway	

Constabularius Rogerus Hamond } Juratus ad dandum verdictum cum magna Juracione

Capitales

plegii

{ Johannes Ambler } Jurati ad dandum verdictum cum magna Juracione  
{ Johannes Bedell }

Testator<sup>[sic]</sup>  
cervisie { Johannes Hunt } Juratus similiter ad dandum verdictum cum magna Juracione

Qui dicunt super sacramentum suum predictum quod Rogerus Savage Johannes Feringe Gabriell Shory Johannes  
Lewis scissor Robertus Lewis Henricus Jacsone Johannes Hudstone Henricus Feringe Xpoferus  
Savage Edmundus Curstone Johannes Lewis et Willelmus Pare . sunt residentes infra precinctum huius Curie  
et ad hanc Curiam fecerunt defaultam Ideo ipsi in misericordia quilibet eorum prout patet super eorum capitibus . /

Et ulterius presentant quod Ricardus Jenkinson non emendavit sex perticas fossati sui prout ad ultimam  
curiam ei preceptum fuit sub pena cuiuslibet pertice / Ideo in misericordia /

Et ulterius presentant quod Solomon Seriant permisit sex porcos suos Johannes Hall unum  
Johannes Staple unum et sex porcellos , Thomas Hamond tres, Walterus Bone unum , Johannes  
Casinghurst unum , Simon Payne unum , Robertus Nelson quinque porcellos , Henricus Hunter duos ,  
Gabryell Shorye duos , Johannes Longe tres , et Johannes Heath unum, ire super communiam de dulwich infra  
iurisdictionem huius Curie non annulatos contra ordinacionem huius Curie preantea factam Ideo quilibet eorum  
in misericordia prout patet super eorum capitibus . /

Et ulterius preceptum est Ricardo Eston escurare fossatum suum apud le upper end de bochers close per ----  
et latum tres pedes  
estimacionem xij perticas et facere fossatum illud profundum duos pedes et citra festum pentecostes proximum sub  
pena pro qualibet roda non facta in forma predicta defaultat

Et ulterius preceptum est Roberto Badger facere sufficientem pontem inter terram suam et  
terram Rogeri Savage citra festum Pentecostes proximum sub pena ---- iij s iij d defaultat

*Dulwiche* [in a different hand, followed by c.16 partial lines, possibly rough jottings, deleted.]

[End of J13 [previously L3] (recto). J13 [previously L3] (verso) continues below.]

Roll J13 [previously L3] (verso)

[Monday] 13 Apr 1590 (continued)

L 3 v

Dulwich

Curia Manerii ibidem tenta decimo tertio die Aprilis Ann<sup>o</sup> Regni domine nostre Elizabethae dei gracia

Anglie Francie et Hibernie . Regine fidei defensoris &c tricesimo secundo .

Essonia

Elizeus Parry }      Nicholaus Frind }  
Maria Wright }      Helena Wright }

Homagium

Thomas Croftes }  
Xpoferus Curston }      Jurati  
Nicholas Forster }  
Thomas Claye }

Qui dicunt super sacramentum suum predictum quod Edmundus Bowyer armiger Petrus March egrotat egrotat  
relaxatus egrotat  
Franciscus Fromondes generosus Thomas Ward sunt tenentes huius Manerij qui sectam Debent huic Curie  
relaxatus  
et ad hanc diem fecerunt defaultam Et nihill de misericordia quia quilibet eorum  $\wedge$  prout patet super eorum capita

Sursum reddicio Croftes

Ad hanc curiam venit Thomas Croftes tenens customarius huius Manerii et sursum reddidit  
in manus domini Manerij predicti per manus Jacobi Patchinge generosi Senesca<sup>lli</sup> sui Manerij predicti Unum cotagium

de novo erectum et constructum super parcelam terre customarie Manerij predicti necnon Unum Gardinum eidem cotagio  
adiacentem parcelam etiam terre customarie Manerij predicti ad Usum Johannis Garret et Agnetis uxoris  
et eorum  
eius pro termino vite eorum et alterius diutius viventis et post eorum mortem ad Usum Ricardi Basingden et  
heredum de corpore ipsius Ricardi legitime procreatis , et pro defectu talis exitus remanerium inde Katherine Brittainne  
unus equus precij – iij<sup>xi</sup> solutus  
et heredibus suis imperpetuum , unde accidit domino de herietto et postea ad istam eandem curiam venerunt predictus Johannes  
Garret et Agnes uxor eius et petunt se admitti ad predictum cotagium et gardinum cum pertinentiis secundum effectum  
Sursum reddicionis predicte Quibus Dominus Manerij predicti per manus Jacobi Patchinge Senesca<sup>lii</sup> sui Manerij predicti  
in plena curia concessit inde seisinam per virgam habendum et tenendum eisdem Johanni Garrett et Agneti uxori eius  
pro termino vite eorum et eorum alterius Diutius viventis remanerium inde prefate Ricardo Basingden et heredibus  
de corpore suo legitime procreatis et pro Defectu talis exitus remanerium inde prefate Katherine Brittainne et  
heredibus suis imperpetuum Et pro tali statu et ingressu sic inde habendis idem Johannes et Agnes Dederunt domino  
De fine c--- xl<sup>s</sup> solutus . / et admissi sunt inde tenentes per virgam ad voluntatem Domini secundum consuetudinem Manerij  
predicti et fecerunt Domino fidelitatem , et redditus inde apporcionat<sup>ur</sup> ad iij<sup>d</sup> per Annum . /

Heriett . equus . precij  
iij<sup>xi</sup> solutus

finis c--- xl<sup>s</sup> solutus

admissio Garrett .

obitus Knight .

heriettus

younger son  
Admitted

finis c-----xix<sup>xi</sup>

admissio knight .

**Et ulterius** ad hanc Curiam homagium presentant quod Henricus Knight qui tenuit sibi et  
heredibus suis ad voluntatem Domini secundum consuetudinem Manerij predicti Duo Mesuagia quinquaginta et  
septem acras terre prati pasture et bosci parcelas terre customarie Manerij predicti obijt sic inde seisitus  
unde accidit domino de herietto unus bos solutus Et quod predictus[sic] Nicholaus Knight est eius filius Junior  
et heres secundum consuetudinem Manerij predicti et modo etatis quatuordecem annorum et amplius Et super  
hoc venit predictus Nicholaus Knight ad hanc Curiam et petit se admitti ad predicta Duo Mesuagia et  
predictas quinquaginta et septem acras terre prati pasture et bosci cum pertinentiis Cui Dominus Manerii  
predicti per manus Jacobi Patchinge Senesca<sup>lii</sup> sui Manerij predicti concessit inde seisinam per virgam  
Habendum sibi et heredibus suis ad voluntatem Domini secundum consuetudinem Manerij predicti per redditum per  
annum xix<sup>s</sup> et alia onera et servicia inde prius debita et de Jure consueta Et pro tali statu et  
ingressu sic inde habendo idem Nicholaus Knight dat Domino de fine xix<sup>xi</sup> Et admissus est inde

tenens et fecit Domino fidelitatem

**Et ulterius** ad hanc Curiam venerunt predicti Johannes Garrett et Agnes uxor eius modo tenentes customarii huius Manerij prout per Rotuli huius Curie plenius liquet et apparet Et cum super quadam lite pendente inter Dominum huius Manerij ac tenentes suos customarios et alios concernente ramulos Anglice vocatos the sprays De quercubus fraxinis et ulmis crescentes in vel super communiam De Dulwich predicta pro compositione inde habenda Dictus Dominus concessit cuilibet tenenti inhabitanti in aliquo Tenemento infra Manerium predictum unam carectatam fascium videlicet one lode of brush bavins annuatim percipiendam super communiam predictam &c prout per quandam chartam indentatam inde confectum plenius liquet et apparet , modo predictus Johannes Garret et predicta Agnes uxor eius ipsaque Agnete sola et secreta Debita modo examinata sursumreddiderunt remiserunt et pro se heredibus et subtenentibus suis relaxaverunt Francisco Calton domino Manerii predicti heredibus et assignatibus suis imperpetuum totum ius titulum interesse clameum et demaundam sua de in vel ad predictos ramulos vocatos sprays of Oke ashe and elme ac de in vel ad predictam Annuale carectatam fascium Anglice lode of brush bavins . /

**Afferatores** Xpoferus Cursons c. }  
Thomas Claye c. } Jurati . /

[End of Roll J13 [previously L3], although at the foot of this side is the 'ghost image', reversed and upside-down, of the first few lines of the other side.]